Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 273

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 171.

4.

Evangelia idiomate Bohemico.

144a–153a

Evangelia idiomate Bohemico.

Reyssubel

Cod. CCLXXIII.

Membran: Fol: min: Sæc: 14 & 15.

B 5.6.

Joañis de Moriginato lib. apparit: flor: coel: doctrinæ, et figurarum B.V.M.

Joannis Monachi de Moriginato Benedictini non procul a Carnuto in Francia liber apparitionum et visionum B. V. Mariæ. Titulus est: "Incipit liber apparicionum et visionum beate et intemerate" &c. Mox subjungitur: "Incipit liber beate virginis gloriose Marie qui liber florum celestis doctrine appellatur ad omnes artes sciendas" &c. In prologo, qui incipit: "Nemo enim lucernam accendit", Scipsum nominat, ac de scribendis visionibus rationem reddit. Titulus scepius variat, sic fol. XI. dicit rubrica: "finit liber visionum qui est de reprobacione artis notorie et de presentis artis revelacione sequitur tunc liber virginis Marie" &c. Fol. XIV. rubrica est: "Incipit liber de gracia domini"; ita vocat collectionem variarum precum ad obtinendas visiones, artes, et scientias v. g. Rhetoricam, Dialecticam, Astrologiam &c. præscriptarum. Fol. LII. denuo mutatur titulus, nempe: "Hic incipit liber figurarum beate Marie virginis" &c. de quo dicit: "Anno incarnacione dominice M CCCXV Idus Augusti circa vesperas incepi librum istum"; ex quo ætas authoris dignosci potest. Ultimo tamen folio iterum dicit: "In hac nova compilacione (a) duo nomina ponimus; scilicet librum florum doctrinis (æ) celestis appellamus." Cœterum codex summe vitiatus est, opus ipsum autem partus stolidi, ac fanatici hominis. Extat quoque apud Scotos Viennæ

(a) Author nempe secundis curis hoc opus recognovit.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 273

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 172.



172. Cod. CCLXXIV. n. 3. 2.

Aust: ut refert Krausius p: 202.

Cod: CCLXXIV. B 5.7.

chartac: 4. foei: 15.

1. Fol: 1–68.

Alberti M: tractat: de abundantia exemplorum.

Alberti M: tractatus de abundantia exemplorum. incipit prologus: " quoniam plus exempla quam verba movent! Prima autem partis capitulum primum: " Species timoris dicuntur esse septem " Totum septem absolvitur partibus. In fine additur: " Et sic est finis " hujus tractatuli quem compilavit Albertus " magnus Ratisponensis episcopus ipsum appellavit de habundantia exemplorum". Sed a remine, quantum scio, praesens tractatus Alberti operibus accensetur.

2. Fol: 69–116.

Jacobi de Voragine Legenda aurea abbreviata.

Legenda Jacobi de Voragine aurea abbreviata. Absque omni inscriptione incipit: " Adventus xti agitur per 4or ebdomadas." Praesentem nil aliud esse, quam toties decantatam Jacobi de Voragine Legendam auream seu Hist: Lomb: / collatio me docuit. Loquitur de ea Quetif: T. I. p: 456. Verum hucusque abbreviator anonymus eruditos latet.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 273

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27625

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)